

cura, sumach, plantag. polygono, foliis & baccis myrti & similibus decoctis in aq. fabrorum & vi-
no acerbo, quo tamen remedio caute viendum.

Ad colicum affectum à flatu & humore pitui-
toſo cauſſatum excaleſcientibus, exiccantibus,
incidentibus, admixtis anodynīs, vt ex origano,
calaminth. hyſſopo, nepeta, ſatureia & ſimilibus
ſeminibus calidis, item lini, fœnugræci, alth. bac-
cis lauri, baccis iuniperi, floribus chamomel. me-
liloti, decoctis in aq. quibus portio vini albi ad-
di potest.

Ad dolores tibiarum, vbi nimius dolor à tēſio-
ne flatulenta, vel humoribus cauſſatur, præmissis
tamen vniuersalibus parabitur ex herbis maluæ,
alth. & violar. thapſo barbato, floribus chamom.
meliloti, ſem. lini, fœnogr. in quod decoctum te-
pidum, æger tibias immitat.

Similis fere lotio ad menses promouendos co-
ſicitur ex herbis matricalibus, cuiusmodi ſunt ar-
themisia, matricaria, calamintha, nepeta, meliſ-
ſa, additis floribus chamom. meliloti, quibus de-
coctis nonnunquam & cineres adduntur. Qua-
diebus aliquot ante tempus menstruorum uten-
dum eſt.

Sic & lotio pedum, imo & brachiorum in fe-
ribus ad conciliandum ſomnum, parabitur ex
decocto folior. violar. lactucæ, portulacæ, cucur-
bitæ, ſem. papau. albi, lactucæ, ſem. frigidor. tam
maiorum, quam minorum.

Ad humores contumaces præparandos ex
plantis emollientibus, attenuantibus & inciden-
tibus ſunt, qui in ſeſſuſ parant.

De